

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda aurea sanctorum, sive Lombardica historia

Jacobus <Genua, Erzbischof>

[Lyon], 20. Juli 1486

De sancto Agathon abbate clxxv

[urn:nbn:de:bsz:31-289352](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-289352)

De sancto

predictum testamentū ad ipsum detulit. Quōd ille accipiēs voluit illud scindere. Magistranus autē eius pedibus puoluit. rogauit ne hoc faceret: quē caput eius p̄scideret. Cui arfeni. Prius mortuū sum q̄ ille. Ipse igit̄ cū modo mortuus sit quōd me fecit heredem. Et remisit testamentū nichil accipere volens. **Q**uadā vice facta est vox ad eū dicens. Veni et ostendam tibi opa hominū. Et eduxit eū in quēdam locū. ostenditq̄ ei ethiopē incidētē ligna et facientē sarcinā grandē quā portare nō poterat. Deinde iterū ligna incidebat et ad sarcinā addebat. et hoc faciebat diutius. Ostenditq̄ ei rursum hominē haurientē aquā de lacu et effundentem a quā in cisternā prorsam quā aquā refundebat in lacū et ipsā cisternā implere volentē. Et ostendit ei iterū templū. et duos viros sedētes in equis portātes lignū transuersum. Volentes autē introire in templū nō poterāt: eo quod lignū in transuerso portarēt. Et exposuit dicēs. Hi sūt qui portāt quasi iugū iustitię cū supbia. et nō humiliātur. p̄pter quōd remanēt foris a regno dei. Qui ligna incidit. homo est in peccatis multis. et pro eo ut agat penitentiā non subtrahit de peccatis. sed addit iniquitates iniquitatib⁹. Qui autē aquā haurit hō est bona opa faciēs. Sed quia cū eis sūt permixta mala perdit bona opa sua. Vespere sabbati veniēte die dñico reliquebat p̄ se solem. et extēdebat manus suas ad celum donec mane die dñico sol ascendens faciem eius illustrabat. et sic residebat. Hec in vitas patrū.

De scō agathon abbate. clxxv. A



Agathon

Agathon abbas prienniu lapidē in os suū mittebat donec taciturnitatē disceret. Alius quoq̄ frater cū intrasset p̄gregationem dixit intra se. Tu et asinus vnū esto. Sicut ergo asinus vapulat et nō loquit̄. iniuriā patit̄. et non respondet. sic et tu. Alius quoq̄ frater a mensa expulsus nichil respondit. Postmodū sup hoc interrogatus ait. Posui in corde meo quod equale sim cani. qui cum sectas foras egredit̄. Interrogatus agathon quā virtus plus haberet laboris r̄ndit. Puto non esse talem laborē qualem orare deū. Nam inimici eius semp laborant ei orōnes interrumpere. Nā in ceteris laboribus hō aliquā requiem possidet. orator autē op⁹ habet magni certamīs. Interrogatus agathon a quodam fratre quomōdū cū fratribus habitare deberet. ait. Sicut in prima die et nō assumes fiducia. Non ē enim peior passio quā fiducia genitrix est em̄ oīm passionū. Dixit itē. Iracundus si mortuos suscitet nō placet alicui vel deo p̄pter iracundiā suam. frater quidā iracund⁹ intra se ait. Si solus habitare. ad irā non ita cito moneberer. Quadā autē vice cum vrco lū aqua impleret. versatus est. Secūdo impleuit et itē versat⁹ est. Tercio impleuit et versat⁹ est. Qui cōmotos furorē fregit vasculū. In se autem reuersus cognouit quia ab eodem demone iracūdie sit illusus. et dixit. Ecce solus sum. et tñ ira me vicit. Reuertar ego in p̄gregationem. quia vbiq̄ labor. et vbiq̄ patientia et adiutorio dei opus est. **C**ontra erant duo frēs qui multis annis inuicem cōuersantes nunq̄ ad iracūdiam poterant puocari. Quadā vice dixit vnus alteri. faciam⁹ et nos litem sicut homines de mundo faciunt. Et ille respondit. Nescio qualiter fiat lis. Et dixit frater. Pono in medio laterculū et dico meū est. Tu autē dic nō. sed meum est. et inde fiet litis iniciū. Posita est ergo testa in medio. Dixit vnus meum est hoc. et alter dixit. non. sed meū est. Et ille respondit. Etiam tuū est. Tolle ergo et vade. Et discesserūt. nec inter se p̄endere potuerūt. **E**rat autē abbas agathon sapiens ad intelligendum. impiger ad laborandum. parcus in cibo atq̄ vestimēto. Dixit autē. Scdm volūtate meā nunq̄ dormiui retinens in corde aduersus quenq̄ dolorem. Nec dimisi dormire alium hntem aduersum me aliquid. **M**ortuus quoq̄ agathon tribus diebus mansit immobilis ap̄tos tenens oculos. Qui cum pulsaretur a fratrib⁹ r̄ndit. In p̄spectu diuini iudicij assisto. Dicunt ei. Et tu times. Et ille. In custodiendis mādati dei virtute qua potui laborari sed homo sum. et nescio vtrū placuerunt

De sancto

opera mea dño. Dicunt ei. Et non p̄fidis de operi-
bus tuis q̄ sc̄dm̄ deum sunt. Et ille. Non p̄sumo
donec venero ante illum. Aliter em̄ sunt iudicia
dei. et aliter iudicia hominũ. Cũ aut̄ eũ adhuc in-
terrogare vellent. ait. Ostendite charitatẽ. et no-
lite mecũ loqui: q̄ occupatus sum. Quo dicto. sta-
tim sp̄m̄ cum gaudio emisit. Videbant em̄ eum col-
ligentem sp̄m̄ quẽadmodũ si quis saluaret amicos
suos dilectos. Hec in vitas patrum.

De sancto barlaam cxxvi. A



Barlaam cui⁹ historiãz iobes damascenus
diligẽti studio compilauit. operante in eo
diuina gr̄a sanctum iofaphat regem ad fi-
dem pertrahit. Et enĩ cum vniuersa india xp̄ianis
et monachis plena esset. surrexit rex quidã prepo-
rens nomine auennir qui xp̄ianos et p̄cipue mo-
nachos plurimũ p̄sequeretur. Accidit aut̄ vt qui-
dam regis amicus et in palacio suo prim⁹ diuina
commonit⁹ gr̄a regiam aulam relinqueret. et mo-
nasticũ ordinẽ introiret. Qd̄ rex audiẽs p̄re ira in-
faniens eum per queq̄ deferta inquiri fecit. et vir
inuentum ad se adduci m̄adavit. Vidensq̄ eũ villi-
tunica cooptum et fame maceratũ: qui splendidis
vestimentis ornabatur. et multis diuitijs affluere
p̄fueuerat. Dixit ei. O stulte ac m̄etis perditẽ. cur
honorem in p̄tueliaz commutasti. et te ludũ pue-
roz fecisti. Cui ille. Si hui⁹ a me rationẽ audire
desideras: inimicos tuos. p̄cul a te abijcias. Regẽ
autem qui essent hm̄oi inimici querente. ait. Fra-

Barlaam

et p̄cupiscẽtia. hec enim impediunt ne veritas vi-
deatur. Assideant aut̄ ad audientiam dicendorũ.
p̄rudẽtia et equitas. Cui rex. fiat vt loqueris. Et
ille. Insipientes ea que sunt despiciunt quasi non
sint. ea vero que non sunt quasi sint: app̄rehẽdere
moliũtur. Qui aut̄ non gustauerit eoz que sunt
dulcedinẽ. non poterit eoz que nõ sunt addiscere
veritatem. Multa aut̄ illo de mysterio incarnatio-
nis et fidei p̄osequente. Rex ait. Nisi tibi in prin-
cipio promissem q̄ de medio filij iram remoues-
rem. nunc vt igni tuas carnes traderẽ. Surge
igitur et fuge ex oculis meis ne vltra te videam.
et male te perdam. Vir aut̄ dei tristis abcessit eo
q̄ martiriũ perpessus non esset. **I**nterea dum
rex liberos non haberet. puer ei pulcherrim⁹ na-
scitur: et iofaphat appellatur. Congregate aut̄ re-
ge infinitã multitudinẽ vt dijs pro ortu pueri im-
molarẽt. quinquagintaquinq̄ astrologos puoca-
uit: a quibus quid futurũ esset filio suo diligenter
quesiuit. Cunctis aut̄ respondentib⁹ cum magnũ
in potentia et diuitijs futurũ. vnus sapiẽtior ex ip-
sis dixit. Puer iste qui nar⁹ est tibi o rex nõ in tuo
erit regno: sed in alio incõparabilr meliori. Nam
illius quam persequeris ch̄ristiane religionis vt
estimo futurus est cultor. Hoc aut̄ nõ a semeipso
sed a deo inspirate dixit. Audiẽs hoc rex et pluri-
mum expauescens. in ciuitate seorsum palaciũ spe-
ciosissimũ p̄strui fecit. et ibi puerũ ad habitandum
posuit. ibiq̄ secũ iuuenes pulcherrimos collocauit
p̄cipiẽs ill. vt nec mortẽ nec senectutẽ. nec infir-
mitatẽ vel paupertatẽ. nec aliquid qd̄ posset sibi
afferre tristitiã ei nominarẽt sed omnia iocunda ei
proponerẽt. quatenus mens eius leticijs occupa-
ta nil de futuris cogitare posset. Si quẽ vero mi-
nistrantũ infirmari p̄tingeret. hunc protinus rex
p̄cipiebat eijci. et aliũ loco eius incolumẽ subro-
gari. P̄cepitq̄ ne sibi de xp̄o aliquã facerẽt m̄ẽ-
tionem. **E**odem tpe erat cũ rege vir quidã
ch̄ristianissim⁹ sed occultus: qui inter nobiles re-
gis principes prim⁹ erat. Hic cum aliqũ cum rege
ad venandum iuisset. hominẽ quendã pauperem
pedem lesum a bestia h̄ntem. et in terra iacentem
inuenit. a quõ rogat vt se suscipere debeat: q̄ sibi in
aliquo forsitã p̄desse posset. Cui miles dixit. Ego
quidem te libenter suscipio: sed in quo vtilis in-
ueniaris ignoro. Et ille dixit. Ego sum hm̄o me-
ditus verborũ. Si em̄ aliquis in verbis ledatur.
p̄gruam scio adhibere medelam. Miles aut̄ qd̄ il-
le dicebat pro nichilo computauit. p̄optet̄ deum
tñ ipsum suscipiens eius curam egit. Viri aut̄ qui-